

Mythologia, Venise, 1567 - VII, 02 : De Acheloo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[83\] : De Acheloo](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 02 : De Acheloo](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VII

[Mythologie, Paris, 1627 - VII, 03 : D'Acheloüs](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VII, 02 : D'Acheloüs](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VII, 02 : De Acheloo, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/899>

Copier

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination212r°-213r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Achéloos](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière
modification le 25/11/2024

runq; vincamus, magisque gloriosum est seipsum vincere, & animi imperus
refragare, quam vniuersum terrarum orbem sibi subicere. Neque quisquā
vir bonus planē dici potest, nisi qui per summam innocentiam, vitæque
integritatem suos dies vsque ad extremum transegerit. Alii nihil aliud es-
se Herculem, quā solem crediderunt; qui propter imagines Zodiaci, duo-
decim labores absoluisse dicitur; cuiusce rei illud argumētum faciunt, quia
Geryon filius Callirrhoe & Chrysaoris siue Pegasi filius ipsa est hyems. hu-
ius boues Sol ab Oceani extremis partibus in habitatas terras adigit, quia
tonitrua & fulgura & fulmina ex humoris exhalatione nascuntur, & ex Ocea-
no præsertim. Dicitur enim Geryon *ἀνὴρ τῷ γέροντι* quod fremere signifi-
cat, quod proprium est hyemis. Cum verò Sol omnia accedens per signife-
rum ad ortum exciter, ac pubescere faciat, idcirco Heben illi vxorem à Lu-
none ab aeris temperamento scilicet datam fuisse dicunt. Atque vt sum-
matim colligam, illa quæ tradita sunt de Hercule, non solum ad solis na-
turam, sed etiam ad humanæ vitæ institutionem tradita sunt; quippe cū
frustra alioquin laudes Herculis commemorarentur, cum illa monstra, quæ
dicuntur ab illo fuisse domita, neq; ita esse potuerint; neq; si fuissent, nobis
obessent; vt ait Lucretius lib. 5. in his;

10

Quid Nemeus enim nobis nunc magnus hiatus
Ille leonis obesset, & horrens Arcadicus sus?
Deniq; quid Cretæ taurus, Lernaq; pestis,
Hydra venenatis posset vallata colubris?
Quidue tripeçtora tergemini vis Geryonai?
Quid Diomedis equi spirantes naribus ignem,
Thracem, Bistoniasq; plagas, atq; Ismara propter,
Tantopre officerent nobis? vncisq; timendæ
Vnguibus Arcadiæ volucres Stympbala colentes?
Aureaq; Hesperidum seruans fulgentia mala
Asper, acerba tuens immani corpore serpens
Arboris amplexus stirpem; quid deniq; obesset,
Oceani propter litus, pelagiq; sonora,
Quo neq; noster adit quisquam, nec barbarus audet?

20

30

Quod si quis ea quæ dicta sunt à nobis hætenus diligentius considerauerit,
patebit profectò tum ad mores & ad vitam hominum rectè instituendam;
tum etiam ad solem, illa quæ narrantur de Hercule spectare. Ac de Hercu-
le satis, nunc de Acheloo dicamus.

De Acheloo.

Cap. II.

Achelous Aetoliæ Rex fuisse dicitur, qui in Thoante fluuiò vocato, vt
ait Sera. lib. x. e Pindo monte orto, Aetoliāque ab Acharnania dister-
minante, & in sinum defluente Maleaticum, mersus, fluuiò nomen de-
dit; qui fluuius ab ipso Rege postea fuit Achelous nuncupatus. Plutarcus
in libello de fluminibus Thesium à Thesio Marcis & Pisidices filio voca-
tum fuisse fluuium scribit; qui Achelous postmodum ab Acheloo filio Ocea-
ni & Nymphæ Naidis ibi merso fuit vocatus. Hic fluuius in mare Echinādū
insularum influit, vt testatur Herodor. in Euterpe; quarum dimidium pro-
pè continentem fecit. Achæus Oceani & Terræ filium esse sensir, at Heca-
teus

40

Mythologiæ

ratu Solis & Terræ. Nymphis in primo Herculeæ Thetidis & Terræ. Fabulantur hunc fluuium Deianiram Oenei Aetolorum Regis filiam in matrimonium poposcisse, quæ etiam sibi fuerat promissa; verum cum Hercules in agrum Calydonium profectus esset, & ipse in matrimonium poposcit Deianiram, quæ sibi quoque promissa est. Oportuit igitur certamine diffiniri vtri horum Deianira cederet, quare Achelous sumpta tauri forma in Herculem impetum fecit: Hercules huic cornu manibus apprehensum defregit, qui cum præ dolore cessisset Herculi suum cornu ab eo repetiuit, pro quo Amaltheæ cornu largitus est, quod ita attigit Ouid. in Deianira;

10 Cornua flens legit rapidis Achelous in undis,
Truncaq; limosa tempora mersit aqua.

Fuit Amalthea, capra quæ Iouem lacte nutriuit postquam illum Rhea clam Adrastæ & Isidæ, vt scripsit Homogenes in libro de Phrygia, nutriendum dedit. Huius capræ alterum cornu Iupiter adultus officii præmium nutricibus dedit, vbi capram inter sydera collocasset; cui illam adiecit facultatem, vt ait Xanthus in rebus Aetolis, vt quidquid ab eo optaretur, qui illud haberet, siue potus, siue eibus continuo nasceretur. Alii non capram, sed Hemonii Aetolorum Regis filiam Amaltheam, quæ cornu non capræ, sed tauri habuerit, fuisse senserunt; quod vim illam habuerit, vt scripsit Pherecydes. Neque mirum est taurum Acheloum factum fuisse, vbi pugnaturus esset cum Hercule, quando vel Deianiram petens multas formas sumpsisse dicitur, vt testatur Sophocles in Trachiniis;

*Μοῖσ' ἄρ' ὅς τ' ἔστιν ἄνθρωπος, Ἀχελῷος ἄλυσ·
ἔσθ' ἢ τ' οὐκ ἔσθ' ἄνθρωπος ἔστιν ἄνθρωπος,
ἔστιν ἄνθρωπος τῶντος, ἄλλος ἄλλος
ἄλλος ἄλλος. ἄλλος ἄλλος τῶντος
ἔστιν ἄνθρωπος, ἔστιν ἄνθρωπος ἄνθρωπος,
ἄνθρωπος ἄνθρωπος ἄνθρωπος ἄνθρωπος.*

30 Flumen fuit proci mihi, Acheloum fero.
Formis tribus qui me petiuit a patre.
Taurus, deinde pluribus ventrem notis
Pictus draco; vir inde cui caput bouis.
Mento fluebant riuuli potabilis
Undæ nitentis, fontibus simillimi.

Fuit enim poetarum consuetudo, vt fluuios tauris similes effingerent, quoniam cum impetu irruentes tauris similem edant mugitum; vel, vt Hellenicus sensit, quia terram fulcare tanquam boues appereant. Vel, vt aliis placuit, quia circa ripas fluminum tauri mugire ob vberiora pascua audiantur. Memoriz prodidit Sappho primum Acheloum vini millionem præterea inuenisse; quare ita ait Virg. lib. 1. Georg.

40 Poculaq; inuentis Acheloia miscuit undis.

Ac de Acheloo ista fabulosa memoriz sunt tradita. Achelous Oceani vel Thetidis filius vel Solis fuit & terræ, quia omnes fluuii ex Oceano nascuntur, & ex fontibus, locisque sub terra cauernosis. Quas uxores Achelous habuerit, non constat; cum tamen Callisthocæ & Castaliam filias habuerit vt testatus est Panyasis, ac Sirenas, quæ Iunonis suasu Musas in certamen cantus prouocarunt; quibus victis musæ pinnae ex alis conuulserunt, sibiq; coronas fecerunt, vt ait Paus. in Bxoticis. Habuit filiam etiam Dircen, quæ in fontem

fontem conuersa fuit, in quo Bacchus recens natus lotus fuit, vt ait Euripides in Bacchis ;

Αχελὺς ὕδατος

Πέρεϊ, ὑδάτων ἀλφειά

Τὸ γὰρ ἐκ τούτων ποταμῶν

τὸ δαίτι βίβει Ἰάλλος.

O Acheloi filia

Verenda virgo Dirce

Olim tua nam fontibus

Iouis cepisti filium.

Cum igitur mutua sit elementorum inter se vicissitudo mutationis, solisq; radii ex Oceano & Terræ suprema parte vapores excitent, inde niues, & grâdines, & imbres gignuntur, vt ait Aristor. in Meteorologicis, ex quibus sit incrementum fluminibus : quare filius Oceani dictus est. Terra eius mater dicta est, vel quod ea in aquam, vt in propinquum elementum soluitur, vel quia ex incluso aere in ipsa terra nascantur flumini, cum in aquam mutatur. cur tauri formam sumplerit, diximus. factus est draco idem, quia sinuoso cursu deferuntur flumina. cum idem assiduus aliquando imbribus non angeatur ac placidus sit, humana forma fingitur; at ob sonitum, taurino capite. Hercules vt ait Strabo lib. 10. Oeneo affinitate coniunctus, & in omnes mortales beneficus fluium temerè & cum impetu regionem infestantem aggeribus & aquarû ductibus coercuit & extenuauit; eamq; aquam in multos riuulos diductam, quæ prius regionem laniabat, vtilissimam reddidit. Inde dictus est illi flumini taurinum cornu defregisse, & pro illo cornu abundantia rerum omnium accepisse. Fluminis igitur paulatim exiccatus eo pacto fabulæ locum dedit, quæ in honorem Herculis ficta est. quid aliud sub hac fabula contineatur, præter historiam, non reperio, nisi q; per prudentiam omnia vel maxime noxia efficiuntur vtilia. cum præsertim illud Herculeæ prudentiæ quoddam fuit è muneribus; cuius iam sententia fuit explicata. at nunc de Apro Calydonio,

De Apro Calydonio.

Cap. III.

Sed quoniam nemo propè est antiquorum poetarum, quin aprum Calydonium celebrauerit, nos etiam breuiter, quæ de illo memoriæ prodica sunt, percurramus. fabulantur itaque Oeneum Oetolorum Regem, Calydoniaque imperantem primitias cum frugum, tum etiam domesticorum animalium Dianæ offerre solitum; qui cû sumptui parcere decreuisset, Dianam solitis primitiis defraudauit. at Sosiphanes in Meleagro memoriæ prodidit, Oeneum Diis omnibus solitum primitias ferre ob eximiam suæ regionis fertilitatem, verum aliquando Dianæ honores præteruisse. illa igitur ob neglectum honorem indignata aprum insignis magnitudinis ac fericitatis, qui in Oeta monte versabatur, in Calydonium agrum immisit, qui vniuersam regionem deuastaret. quod ita breuiter complexus est Ouid lib. 8. Metamor.

Sus erat infestæ famulus, vindexque Dianæ.

Oenea nanque ferant plenis succelsibus anni

Primitias frugum Ceteri, sua vina Lyxo,

Palladios flauæ laticis libasse Mineræ.

Cæptos ab agricolis superos peruenit ad omnes

Ambitosus honor: solas sine thure relictas

Præteritas cessasse ferunt Latoidos aras.

Tangit & ira Deos.

H h h

Atque